



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117921**

§. 26. Reflexio in superiorem Sermonem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](#)

coporum numerus ad unum condemnantur. Sæculum X.  
A. C. 991.  
dum requiratur, & qua ratione ille iudicandus sit, qui defendere causam suam  
recusat. (\*)

### §. XXVI.

#### *Reflexio in superiorem Sermonem.*

In isto Arnulphi Aurelianensis Sermonne, si ad rigidum examen vocetur, si ne dubio aliqua justo acerbius dicta occurunt, & quæ Sacræ Sedis contemptum prodere videntur. Sed vix quemquam illius ætatis Scriptorem invenire est, qui res ipsas exacte proponat, & moderata dictione utatur. Æquitas vero postulat, verba Episcopi canitie venerabilis & doctrina, qui hujus Concilii spiritus & anima dici possit, in benigniorrem partem accipere. Denique si Orationis summam spectemus, tantum abest, ut schisma intendat, ut potius in principio sermonis profiteatur, Ecclesiam Romanam venerari oportere, & Decretis Pontificum obedire, atque etiam diserte affmet, Papæ esse in tota Ecclesia judicare. Probi omnes impatientissime ferebant horrenda flagitia, quibus Romana civitas per unum jam Sæculum polluebatur, unde tam ipsorum Pontifi-

T t 2 cum

p. 63.

(\*) Multa bene dixit Arnulphus; utinam etiam in causa manifeste bona!

Sæculum X. cum, quam Decretorum reverentia petra  
A. C. 991. ibat. Quamvis enim legis valor a do-

tibus Personæ Præpositi inhærentibus ab-  
solute non dependeat, non tamen extra  
curam sunt, & eo libentius Præfuli obe-  
dimus, quo magis pium doctumque esse  
credimus. Quod spectat ad nomen in-  
vidiosum Antichristi, comparatio est non  
affirmatio, nec Arnulphus aliud dicit,  
quam quod Prælatus sine charitate eo  
modo sit Antichristus, quo Præpositus  
ignorans Idolo similis est. Saltem illud  
exploratum, noluisse dicere, quemquam  
Summorum Pontificum fuisse Antichri-  
stum, cum in fine Sermonis alium de-  
notet, quem esse propinquum ex eo au-  
guratur, quod ejus satellites Gallias in-  
vasissent. Certe etenim loquitur de  
quibusdam Barbaris, sive Hungaris, sive  
aliis, qui Antichristi præcursorres crede-  
bantur. Si quis vero hunc Sermonem  
Gerberto, qui eundem literis mandavit,  
tanquam auctori tribuere voluerit, mul-  
to major vis inerit, cum Gerbertus Pa-  
pa factus nihil retractasse legatur.

P. 74.

## §. XXVII.

*Arnulphus Remensis in Concilio.*

6. 19. Cum Arnulphus Aurelianensis finem  
dicendi fecisset, lecti sunt non nulli  
Canones Africæ de Judiciis Episcopo-  
rum. Tum, qui Arnulphi Remensis

6. 30. rum. Tum, qui Arnulphi Remensis